

De Spe.

53

Hæc vtrq; est tota spes nostra: omnisque fiducia: vbi
enim natura & caro nostra regnat: ibi & nos regna-
re gloriemur. In ipso enim Domino Iesu dulcissimo
iam resurreximus: iam ascendimus: iam in cœlesti-
bus cœdemus. Sumus membra eius: & ipse est caput
nostrum: ex quo totum corpus compactum est. Ideo
abigenda est omnis dubitatio: & diffidentia. Os de
fibus nostris: & caro de carne nostra est. Ideo iam non
poteris spernere nos: quia caro & frater noster est.
Quam vtrique carnem patri ostendit cicatricibus
plena, verberibus fuisse collisam: & pro electorum
salute in altari crucis extitisse immolatam. Et ex hoc
non potest cœtemni, quod tanto precio redemptum
est: cali intercessore postulatum, tam vehementi amore
diligitur: & tam mirabilis vinculo copulatur. Gau-
deamus igitur omnes in domino Iesu, quia non for-
sum in paradisi possessione per ipsum firmatus sumus,
sed etiam usque ad diuinitatis thronum in ipso con-
scendum, ampliora recepturi per eius ineffabilem
gloriam, quam per diabolî perdidimus inuidiam,
quia quos diabolus de primi habitaculi felicitate cie-
cit, hos Dei filius sibi conformatos ad dexteram pa-
tris collocauit. Concipienda est præterea magna fi-
ducia in Dei & domini nostri genitrici post ipsum
redemptorem nostrum dominum Iesum. Hæc est dul-
cedo & spes nostra, quia est mater pulchra dilectionis,
sternoris, magnitudinis, & sanctæ spei. In ipsa om-
nis gratia vita & veritatis, & omnis spes vita & vir-
tutis est. Quid Dei matre nobilis, quid Maria splen-
ditus, quam splendor gloria elegit, vt ex ipsa natu-
ram nostram assumet. Hæc meritum copiosa, quia
virtutibus plena. Ipsa fuit corde humilis, verbis gra-
uis, animo prudens, loquendi magistra, intenta ope-
ri, verecunda sermone. Hæc namque nouit Deum quan-
tere, nullum laderet, omnibus bene velle, iactantiam
fuge, rationem sequi, virtutem amare. Quādo ista
fatiuitur humilem, quando i'risit debilem, quando
vitavit inopem. Nihil in oculis toruum, in verbis
procax, in actu incompotitum. Non gestus traxit,
non incensus solutio, non vox petulantior. Talis na-
que fuit, vt ipsa corporis species limulacrum mentis
tieret, & probitatis exemplum. Ipsa denique est thro-
nius gratia, de cuius plenitudine accipiunt vniuersi,
captiuus redēptionem, æger curationem, tristis
consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, an-
geli leticiam, filii persona humanae carnis substanciam,
denique tota trinitas gloria, ita ut non sit, qui se ab-
scodat à calore eius. Hæc est stella maris in peccato-
rum cōdūctione, quia per mare huius seculi eos diri-
git ad portū pénitentiae: & ad filii perducendo. Vn-
de oculi omnium peccatorū sunt ad ipsam, sicut oculi
omnium nautarū ad maris stellā. Si igitur insurgat
venit rētationū, si incurias copulos tribulationū,
ne auertas oculos a fulgore huius seculis, si nō vis ob-
rui procellis. O quisquis te intelligis in huius seculi
profluviō magis inter procellas & tempestates fluere,
quam super terram ambulare, respice stellā, invoca
Mariam. Si criminū immanitate turbaris, vel con-
scientia fedilitate confundenter, aut barathro despera-
tionis ab orbeis respice stellā, voca Mariam. In pe-
nitus, in angustiis, in rebus dubiis cogita Mariam,
non recedat ab ore, non fordat à corde, & vi impa-
tres eius suffragium, ne deferas exemplum. Ipsam fe-
quent non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam

cogitans non erras, ipsam tenens non corrui, ipsa
protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa
propitia peruenis. Hæc est, quæ dedit cœlis gloriam,
terris Deum, pacemque refudit, fidem gemitibus, finem
vitiis, vitę ordinem, & moribus disciplinam. Ad huc
fontem diuinę gratia, quae emanat in Maria sitibida
properet anima nostra. Ad hunc misericordię cumul-
lum expanso & dilatato animo erigatur spes nostra,
cui humili corde & deuota supplicatione fiducialiter
dicamus. O benedicta inuentrix gratia, genitrix
vitæ, domina angelorum, cogamus te vt per te accep-
sum habeamus ad Filium tuum Dominum Iesum.
Per te suscipiam nos, qui per te datus es nobis, excusat
apud ipsum integratas tua culpam nostrarę corruptio-
nis, & humilitas tua Deo grata nostra veniam im-
petret vanitati, copiosa caritas tua nostrorum coope-
rat multitudinem peccatorum, & fecunditas tua,
fecunditatē nobis cōferat meritorum. Quis enim
diffidere debet sanguinem existens, quem videat su-
per se ex miseratione diuina tam sedulam angelorum
custodiā. Angelis nanque boni ad ministerium
humanae naturae deputati sunt, offeruntque vota, pre-
cēsque hominum, si sine deceptione puras levarū in
cœlum manus perfixerint, & eos protegunt ab in-
curbiis inimicorum. De his per Psalmū dicitur:
Angelis suis mandauit de te vt custodiant te, ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum. Quantam nobis
debet hoc verbum afferre reuerētiā, afferre devo-
tiōnem, conferre fiduciā. Reuerētiā pro præsen-
tiā, deuotionē pro benevolentiā, fiduciā pro cu-
stodiā. Quid igitur sub tantis custodiis timemus?
Superari non possunt, quia potentes sunt, seduci non
possunt, quia prudentes sunt, minus autem seducere
possunt, quia fideles sunt. Tantum sequamur eos, quo-
nam sub eorum protectione delīcere non poterimus.
Nam quotiescumque grauiissima cernitur virgere ten-
tatio, & vehementis tribulatiō propulsauerit, clame-
mus ad illos, inuitemus custodes nostros, directores
nostros, adiutores nostros in opportunitatibus in-
periculis. Non enim dormitant, neque dormiunt, es-
tū ad tempus obaudire dissimulent. Quum enim perse-
verauerit in peccato, ipsorum plane sentiemus praes-
tentiam pariter & praedium. Agunt vtrique i' cœle-
stes spiritus & venerati custodes nostri, diem festum
lætantis super iis, qui fugientes omnē, quod Deo odi-
bile est, per exercitū virtutum, ipsorum festinante se-
sociare conforti. Sed ut nobis, liquando prouocati
sancti angelii peccatis & negligētiis nostris indignos
nos iudicauerint præsentia & visitatione sua, qua
protegerē nos, & abiecte porerant inimicū. Quo-
nam igitur necessariam habemus familiaritatem di-
gnationis angelicā, caueamus omnēm offensati, quia
polint contra nos quoquomodo alterari. Tunc gra-
ta nobis erit eorum præsentia, tunc præcipua super
nos custodia vigilabit, tunc erga nos eorum erit iu-
cundus aspectus, quum viderint nos cœlitatem, so-
brietatem, & humilitatem diligere, quum noue-
rint nos oratione frequentare, cebros singultus &
genitus amoris ad cœlum emittore, quum mentis
paritatem, caritatis vnitatem, spiritus seruorem, &
virtutum perfectionem perfixerint nos velle ap-
prehendere. Sat agamus igitur talibus studiis pos-
tificare in terris, quorum usfragiis confidimus eo-
rum posse æqualitatem consequi in cœlis. Excitat
Laur. Iustin. e 3 post